



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Edvardvs Rex. 5. Ianuar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

A N.
onfus-
sider-
bat,
am-
deret
im-
OL-
llas,
om-
mit-
nto.
itat,
cor-
nam
it è
um
um
so-
Do-
am
nul
cet
ru-
ti-
du-
an-
ox
n,
u-
su
Ex
R-

S. EDWARDVS REX. 5. Januar.

EDWARDVM in utero adhuc lati-
tantem fortuna tamen Anglia Regem legit: firmavit electionem cælum:
siquidē in Regem unctus ab ipso Apo-
stolorum Principe memoratur. Conju-
gio porrò, ad quod invitum regni pro-
ceres traxerunt, virginitatem copula-
vit, pulcherrimo matrimonio. Pater
pauperum, filius dici poterat summi
Pontificis, ita hunc semper coluit: tri-
buta liberaliter remisit, postquam iis
incubare custodem oculi Cerberū vidiit.
Iam nec ad vilis mendiculū postulata
erubuit, qui membris suis captus pro-
missam à D. Petro sanitatem assevera-
bat, si bajulo ad templum Rege utere-
tur: quin mox in humeros sustulit
pium onus, ad aram portavit, stipem-
que divitem sanitatem addidit. Sed &
cœci nonnulli, quā undā manus Rex
laverat, hac oculis ipsi tenebras elue-
runt. Facienti Sacerdoti cùm adesset,
conspicuus ei ab arā bene precatus est
Christus, Quidvis amore D. Ioannis,
quem Evangelistam dicimus, roganti-
bus, nihil visus est unquā negasse. Hanc
ille religionē præclare obsignavit annu-
lo suo, dum cum ipsi Divo mendicabu-
lum ad simulanti dono dedit. Hic anulū
Regi remisit, simul de mortis horā cō-
monuit; quem nuncium ille toto mox
regno

28. *Vita Sanctorum.* 6. IAN.
regno vulgavit, quò preces undiq; pio-
rum cogeret. Atque eo viatico, quam-
vis suis jam dives meritis, longum cæli
iter ingressus est, anno post Virginis
partum M. LXVI. & quia nullam cor-
pus animo virgini in vitâ, mors diu
nullam etiam corpori in tumulo labem
aspersit. *Ex Surio.*

EPIPHANIA DOMINI.
6. Januarii.

*S*alutaverant jam nuper, inter faustas
Acclamations, & cantus festivos
Principem suum cælo delapsi cives, au-
lamque nati Regis quotidie deinceps
frequentabant. Sed & orcus rebellis
hucusque metu jam suo venerabatur,
feræ ipsæ Dominum suum supplices a-
gnoverant; ut jam aliud nil restaret,
quam ut terra etiam officium suum fa-
ceret. Ergo, ut ad exemplum Regum
orbis universus se componeret, tres è
regnis suis exciti Magi magnis itineri-
bus Bethleüm contendunt, sacra-
mentum Christo nato omnium nomi-
ne dicturi. Atque, ut ne aberrarent, pla-
cuit Superis ducem stellam dare, & fal-
lere, & falli nesciam. Ita Hierosolymam
ventum, seduloq; in novi Regis cuna-
bula inquisitum. At Herodes in regno
suo alium præter se Regē ullum quæri
indignatus, barbara animo jam tum-
concepit consilia, mox sanguinē, neces,

orba-